



EPVLVM GENIALE

QVO

ILLVSTRISSIMVS ATQVE EXCELLENTISSIMVS

S. R. I.

COMES A MANTEVFEL

ORDINIS AQVILAE ALBAE EQVES

INVICTISSIMI POLONIARVM REGIS

SAXONIAEQVE ELECTORIS

PVBLICI STATVS ADMINISTER

ET

A SANCTIORIBVS CONSILIIIS

CET. CET.

POSTRIDIE KAL. AVG. A. MDCCXXXIII

NATALEM SVVM

SEXAGESIMVM OCTAVVM

ET

COEPTORVM

ANTE HOS QVINQVAGINTA ANNOS

STVDIORVM ACADEMICORVM MEMORIAM

CELEBRAVIT.

---

LIPSIAE

EXCVDEBAT BERNH. CHRISTOPH. BREITKOPF.



84.

330

228



**P**ontibus ingentes cultu varioque superbos  
Qua geminis hortos itur in Appellos,  
Porticus vmbrosis late visenda columnis  
Praeciuet, aestiuo sole carensque domus:  
Quae tamen accensis bruma tepet ignibus, arcens  
Hibernum teneris frigus ab arboribus,  
Hic, heros celsus, Musarum gloria summa  
(Sic vel non posito nomine notus erit,)  
Nuper natalem genialiter, atque frequenti  
Coniuiua statuit concelebrare diem.  
Candida lux, felix epulum! quo respicit aetas  
Iam septemdecies laetus Olympiadas:  
Et lustrum decimum numerat, cum pascere mentem  
Artibus hic coepit, se studiisque dare.

Tempus ad indictum longo venere vocati  
Agmine, concepit vota que quisque pia.  
Accubuere viri meritis et honoribus ampli  
Ornantesque animi nobilitate genus:  
Cumque Academiae Patribus, lectaque Senatus  
Parte sacri, iuuenum flos equitumque fedet.  
Admotusque cliens mensae, nec rarus amicus  
Hospite cum tanto prandia lauta capit.  
Protinus implebat strepitus clangorque tubarum  
Tecta, sonosque graues tympana pulsa dabant.  
Et tonitru ficto potos de more capaces  
Aura tonans plures prodidit esse scyphos.  
Sedibus interea caput effert numen aquosis,  
E Plissa surgunt Naiadumque chori.  
Nempe hortos lambit non vno Plissa meatu  
Arteque diductis flexibus arua rigat.  
His excita deum latebris escendit, et aedes  
Continuo totas pervolat vda cohors  
Vt speciem clarique nitentia sideris instar  
Aspicere illustris contigit ora viri,

331  
329.

Ore silente diu numen nymphaeque steterunt,  
Clausum iter attonitis vocis ut esse solet.  
Tum Deus, hac quis non moueatur imagine, dixit  
Excelsa, forma confimilique diis.  
Quod decus in vultu, quid fronte ferenius hac est?  
Mirus ut hic certat cum grauitate lepor?  
Quam fulgent oculi, quis adhuc senioribus annis  
Corpori honos, menti quantus inestque vigor?  
Sic ait, atque nouis redeant noua gaudia lustris  
Saepe sacrum praesens dentque iterare dii,  
Vouit, perpetuae bona promisitque iuuentae,  
Omnigenae plenos laetitiaequae dies.

SCRIPŒIT


IO. GOTH. RICHTER.

PRIDIE NON. AVG.



*2. Sembr. d. Richter  
Bened. B. Hoff*







# EPVLVM GENIALE

QVO

ATQVE EXCELLENTISSIMVS

S. R. I.

## MANTEVFEL

QVILAE ALBAE EQVES

I POLONIARVM REGIS

AEQVE ELECTORIS

TATVS ADMINISTER

ET

TIORIEVS CONSILII

CET. CET.

AL. AVG. A. MDCCXXXIII

## LEM SVVM

SIMVM OCTAVVM

ET

OEPTORVM


S QVINQVAGINTA ANNOS

CADEMICORVM MEMORIAM

ELEBRAVIT.

LIPSIAE

ERNH. CHRISTOPH. BREITKOPF.



84.

330

926